BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 223r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quid faciam ut uitam eternam
percipiam. Ihesus autem dixit ei. Quid
me dicis bonum. Nemo bonus nisi
solus deus. precepta nosti. Ne ad
ulteres. ne occidas. ne fureris. ne
falsum testimonium dixeris. Ne fra
udem feceris. Honora patrem tuum et
matrem tuam. Et ille respondens
ait illi. Magister hec omnia con
seruaui a iuuentute mea. Ihesus
autem intuitus eum dilexit eum et
dixit illi. Unum tibi deest. Vade quan
cumque habes uende. et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo. et ueni
sequere me. Qui contristatus in uerbo
abiit merens. Erat enim habens posses
siones multas. Et circumspiciens
ihesus ait discipulis suis. Quam
difficile qui pecunias habent in regnum
dei introibunt. Discipuli autem
stupebant in uerbis eius. At ihesus
rursum respondens ait illis. filioli
Quam difficile est confidentes in
pecunias regnum dei introire. Fa
cilius est camelum per foramen acus
transire. quam diuitem intrare
in regnum dei. Qui magis admi
rabantur dicentes ad semet ipsos
Et quis potest saluus fieri. Et
intuens ihesus illos ait. Amen
dico uobis apud homines impos
sibile est. sed non apud deum. Omnia
enim apud deum possibilia sunt
Et cepit petrus ei dicere. Ecce
nos dimisimus omnia et secuti
sumus te. Et respondens ihesus
ait. Amen dico uobis. nemo est
qui reliquerit domum. aut fratres

aut sorores. aut patrem aut ma
trem. aut filios. aut agros propter
me et propter euangelium. qui non
accipiet centies tantum. nunc in
tempore hoc. domos et fratres
et sorores et matres. et filios et a
gros cum persecutionibus. et in seculo
futuro uitam eternam. Multi autem
erunt primi nouissimi. et nouis
simi primi. Erant autem in uia as
cendentes iherosolimam. et prece
debat illos ihesus. et stupebant
et sequentes timebant. Et assu
mens iterum duodecim cepit ut
dicere que essent ei uentura. Quia
ecce ascendimus iherosolimam
et filius hominis tradetur prin
cipibus sacerdotum. et scribis. et
senioribus. et dampnabunt eum
morte. et tradent eum gentibus
et illudent ei. et conspuent. et fla
gellabunt et interficient eum
et tercia die resurget. Et accedunt
ad eum. Iacobus. et iohannes filii
zebedei dicentes. Magister uolu
mus. ut quodcumque petierimus
facias nobis. At ille dixit eis. Quid
uultis ut faciam uobis. Et dixe
runt. Da nobis ut unus ad dex
teram tuam. et alius ad sinistram
tuam sedeamus in gloria tua.
Ihesus autem ait eis. Nescitis quid
petatis. Potestis bibere calicem
quem ego bibam. aut baptismo quo
ego baptisor baptizari. At illi dix
erunt. possumus. Ihesus autem
ait illis. Calicem quidem quem
ego bibo. bibetis et baptismo quo ego